AUGUSTINUS

Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh. Seite 161r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sa atq; uentosa & prsus seductoria. ubi nichil aliud nutriunt quam superbiam. & cor
eorum congelascit aduersus dm. & fit durum aduersus ymbrem gratie ipsius ne fructum
ferat. Presumentes enim omnia sibi habundare que uident huic uite necessaria. & ultra
quam necessaria extollunt. & cum sint homines per iniquitatem inferiores omnibus homi
nibus per superbiam superiores se putant omnibus hominibus. atq; utinam sicut alios uel homi
nes se esse deputarent. Hos autem aliquando intuendo & nimis attendendo etiam illi qui
dm colunt. fluctuant & nutant. qui perierit merces ipsorum. Quare colunt dm. cum se ui
dent in laboribus. in egestate. in erumpna. in morbo. in dolore. in aliqua necessitate. & ui
dent alios habere sanitatem corporis. habundare temporalibus. incolomitate suorum gaudere.
nitore honorum florere. qui non solum dm non colunt. sed omnibus hominibus aduersantur. Atten
dentes eos nutant & dicunt apud se quod aperte scriptum est in quodam psalmo. Quomodo sciuit
ds. & si est scientia in excelso. Ecce ipsi peccatores habundantes in seculo. obtinuerunt
diuitias. & sequitur. Numquid uane iustificaui cor meum. & laui inter innocentes
manus meas. Numquid forte uanus fui qui nolui iuste uiuere. & innocenter inter homines
conuersari. quando scio eos qui nolunt seruare innocentiam. habere tantam felicitatem & in
sultare iustis per iniquitates felices. Sed quis illud dixit ibi in psalmo. Cuius non dum erat
rectum cor. Sic enim cepit ipse psalmus. de quo modo testimonium dedimus. non iste quem considerandum
dum & tractandum modo suscepimus. sed ubi dictum est. quomodo sciuit ds & si est scientia in altis
simo. ecce ipsi peccatores habundantes in ~~altissimo~~ in excelso obtinuerunt diuitias. numquid
uane iustificaui cor meum & laui inter innocentes manus meas. ille quoque psalmus ubi
uidetis quod periclitatur anima. ubi uidetis quod nutant pedes. sic cepit. Quam bonus is
rahel ds rectis corde. Mei autem inquit pene commoti sunt pedes. paulominus effusi
sunt gressus mei. Quare. Quia zelaui in peccatoribus. pacem peccatorum intuens.
Inde quoque dixit commotos pedes suos & pene effusos gressus ad ruinam a deo. quia intu
itus est. & inspexit felicitatem peccatorum. & uidit eos habere pacem. se autem laborem. Nar
rauit autem hoc cum iam euasisset. cum iam corde recto deo inhesisset. narrauit preterita peri
cula sua. Ergo bonus ds israel. Sed quibus. Rectis corde. Qui sunt recti corde.
Qui non reprehendunt dm. Qui sunt recti corde. Qui uoluntatem suam ad uolunta
tem dei dirigunt. non uoluntatem dei ad uoluntatem suam curuare conantur. Breue pre
ceptum est. ut homo dirigat cor suum. Vis habere rectum cor. Tu fac quod uult ds.
noli dm uelle facere quod tu uis. Praui cordes quoque sunt id est qui rectum cor non habent. qui sedent
& disputant quomodo debuit facere ds. non laudando quod fecit. sed reprehendendo.
Corrigere illum uolunt. parum est quod corrigi ab eo nolunt. & dicunt. Non debuit
ds facere pauperes. sed soli diuites esse debuerunt. & ipsi soli uiuerent. Ut quid factus
est pauper. Ut quid uiuit. Reprehendit dm pauperum. Quanto melius esset pauper
dei. & diues esset de deo. hoc est sequeretur uoluntatem dei. & uideret paupertatem suam tem